



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Caligæ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Sane nihil notius est quam olim milites caligas habuisse, quas *εγανωνκόν ὑπόδημα* Dio appellat: quod ipsum præter magnum Erasmum, Josephum Castalionem, Lævinum Torrentium, Claudium Salmasium, Benedictum Balduinum, Albertum Rubenium, & complures alios viros eruditissimos, peculiari dissertatione multis & magnis rationibus addixit Julius Nigronus. Ut non possim non vehementer mirari, virum clarissimum Johannem Michaelem Dilherrum se huic sententiæ opposuisse, & caligam Wolfgangi Lazii verbis explicasse, qui sic habet: *Caligæ paulo supra genua exsertæ, braccis adligabantur, gregariorum quondam militum præcipuum genus vestimenti, quod hodie etiam aliqua ex parte manet: vulgo eenstrumpff: præsertim cum nullum idoneum adferat argumentum, quo ea opinio, jam dudum explosa, & vel in ipso Lazio à Nigrono damnata, stabiliatur, eamque vel inspecta caligarum forma confundat, quam ex columna Trajani & arcu Constantini, & nummis Ha-*

E 2 driani

Erasm. ad
Marc. 6. 9.
Castal.
Dec. 2.
Observ.
cap. 4.
Torrent. ad
Suet. Aug.
cap. 25.
Salm. ad
Treb. Pol.
Galienum
cap. 16.
Bald. de
Calc. Ant.
cap. 13.
Rub. de Re
vest. lib. 2.
cap. 1.
Dilber.
Disp. Tom.
1. Disp. 3.
§ 6.
Lazius
lib. 8. de
Rep. Rom.
cap. 13.